



**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi  
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

**Turner, Robert**

**Ingolstadii, Anno M. DC. IX.**

Lectori.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](#)



## LECTORI.

MULTI h̄ic reperient multa, quæ non faciant ad  
stomachium. omnibus vna responsio, ne Iouem  
quidem placere omnibus. mercator vult paeem, bel-  
lum miles, istic nisi duos architecteris Ioues, duobus  
certè his non placeas, eodem punctulo petentibus di-  
uersa. immò si duos architecteris Ioues, maiores cie-  
buntur turbæ. nam miscebit iste, quicquid ille pacat  
addo, id me semper agere, vt placeam vel boni palati,  
vel certè non corrupti stomachi hominibus. nam his  
quid feceris, qui non gustant Corsicum, aut efficiunt  
Capum? illo nihil meracius, hoc nihil sapidius. qui ob-  
iiciunt, hanc non esse palæstram Theologi, vel Sacer-  
dotis, refelluntur à Nazianzenis, Chrysostomis, Au-  
gustinis. etiam ab his minimis ordiuntur maximi, qua-  
si pannum sericum à telis vermium. quibus displicant  
in orationib⁹ non omnia Ciceroniana, sunt delicatu-  
li. his non me profiteor coquum. Cicero habet multa,  
non omnia; optima, non singulis. architecto quid sup-  
peditat? nihil. minus piscatori. quò certè æquius po-  
stulo mihi Theologo has indulgeri voces: Miracu-  
lum, Creationem, Sacramentum, Angelum,  
Blasphemiam, vmbellam, fratrem, religio-  
sum, caputium, iustificationem, cœlitus,  
humilitatem, assumptionem diuę MARIAE,  
zelum, resurrectionem, vnitatem Eccle-  
siæ, passionem Christi, aliasque huius notæ vo-  
culas, ignotas Ciceroni, tritas iam Scholæ. planè quo-  
ties audio sacra symbola pro Sacramentis, diuinæ in-  
telligentias pro Angelis, summissionem pro humili-  
tate, aliasque voces priscas pro rebus nostris nouis, ri-  
deo ineptos, quasi inallent esse obscure Ciceroniani,  
quam

## *Ad Lectorem.*

quām Christianē clari. etiam his narro, Ciceronem  
ā nobis esse, qui rei nouæ sāpē nouam vocem ponit,  
neque curat bonus Orator, quām priscē, sed quām  
clarē. non acquiescetis? tyrones estis in his rebus, qua-  
si eloquentia definitetur voce vel formula, ac non po-  
tiū idēa, & orationis, quasi corporis, tota conforma-  
tione. erit alius, qui reprehendat aliud. etiāmne? au-  
des tu hac in palestra? tace, nisi vis, obiecto mure, ape-  
riam felim fœdè latentem sub puellæ forma. Vale, nisi  
me vis perire.

*Orationes hæ XVI. vñà cum reliquis, &c. ni-  
hil continent vel Orthodoxæ Religioni vel  
bonus moribus contrarium. Ideoq; tutò imò  
& vitiliter typis committi possunt. Ita liben-  
ter testator Ego*

**CASPARVS FRANCVS S. Theol.  
Doct. & Collegij Theologici pro  
tempore Decanus in Academia  
INGOLSTADIANA.**

## **INDEX**